



1448 *kalkoma.*

I Mag. St. Dr. P

Kuzankowius Matthiae: Chorus Musarum
praeconia dilecti Christi discipuli S. Jo-
annis Ag. et Wang. suavissimis concenti-
bus modulans.


POËTAE POLON.

N. 77 recte
69.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0001118



CHORVS MVSARVM PRÆCONIA.

Dilecti C H R I S T I Discipuli
S. IOANNIS

Apostoli & Euang.

Suauissimis Concentibus modulans

ILLUSTR ac MAGNIFICO D.

D. IOANNI
A SOLCA
SOLECKI

In Zagáie & Lyszkowice &c &c.

H Ä R E D I .

11487

PER
MATTHIAM KVCZANKOVVICZ in Alma Academia Crac.
Cursus Philosophici Auditorem, Sacris istius
Sancti Ferijs dedicatus.

Anno reparata salutis.

Metra Deæ Cantent: exaltent Vota patrono,
Mores DeCernet reX: polVs, astra feret.



ORACOVIAE.

In Officina Christophori Schedelij S. R. M. Typogr.

Anno D. 1648. f. 35.

S(+)S

IN STEMMA. GENTILITIVM.



Cur sp̄cto geminām gladio splendescere lunam?
Hostes ut feriat nocte dieq; suos.
Splendida cur strictus gladius contendit ad astra?
Immortale volo quærere nomen ait.
Quære Tibi similes ô Muero per hostica laudes
Bina Tibi rutilâ Cynthia luce nitet.

ANDREAS CANTELLI

Stud. Poëticæ

Quò Muero properas? patriam cur deseris auram?
Iam satis in terris est mihi laudis ait.
Cur duplex rutilat splendent i lumine Phæbe,
Hæc, ait, est rectum quæ mihi monstrat iter.

CASIMIRVS CANTELLI
Stud. in alma Acad. Crac.



JLLVSTR. ac MAGNIFICO D.
D. I O A N N I
A SOLCA
S O L E C K I

In Zagaie & Lyszkowice. &c &c.
HÆREDI.

Dno. & Patrono Amplissimo S. & P.



Andem aliquando tempus illud aduenisse letamur, quō Diuinum Apollinem cum suis Musis ex præcelso Cælestis Parnassi Archimuseo, in infima ad nos descendisse loca magnop̄ re demirantes intuemur ILLVSTRISSIMA DOMINE: Venit inquam illud tempus, in quo omnia solatia, omnia refugia, oblectamenta, omnes relaxations, animi humani recessus eſe credebantur. Ex cuius auentu neminem eiusmodi reperiri existimo, qui vel non maximā persuatur latitā; vel in summis animi sui non debacchetur voluptatibus. Atquē haec quō communiora sunt, ed etiam minorem Te ex illis arbitror latitiam percepiſſe. Hoc profectō unicum quō solennes Diui JOANNIS Apostoli & Euangelista celebramus Ferias, tempus maxima in laetitia, summa cum animi alacritate iure meritā Te transfigi deberet. Hoc itenim

PRÆFATIO.

est Tempus, quod principij via & Tuæ suauissimam instituit Annus. Hoc inquam tempus est, quod Patroni Tui Diui Ioannis N.B. quo quis præterlibet annis decursu vitam, sufficientissime representat. Cum nex ellentissimas virtutes. Zelum religionis, vitam recte factas, quæ ad Deum, quæ ad proximum spectantibus, quæ sisidereis luminibus fulgetem. Doctrinam aquilinis super æthera, penitus euolanem, a rorimentis oculis peruestigare expetimus, non est necesse, ut in hoc presumatulum desideremus. Adsum præsto Cœlestis Heliconis alumne, quæ cum Nono Apolline aduenientibus consulenda. Hænos quanto perè Dia. Joannis sapientia (quim d. Diuino hauserat p. store) uniuerso orbi refalsserit; dulcè resonantibus suis concentibus edicebuntur. Quis ego hauc officio cum satisfactus non debitaui, in Tuum conspectum illa prodire posse ensu: ut Tibi Diui Patroni Tui Panegyres & eloqua enarrarent. Tamen ille es, qui politoris literatura cum anteacti seculi scientiarum Anteagranis, Philosophantium colluctantes cuneos. Tuo saiore sulcire, auctoritate tuæ, splendore ornare benignitate facere, earumque cultore salere, & conservare consueisti. Quid mirum? ad hoc Te natura peperisse, voluntas exercuisse, fortuna rerum Domina conservasse videtur. Et ne multis agere, videar. Ha Musæ in cuius hæmanitatis gremio recubare, sub Caius patrocinio Encomia S. Ioannis personare deberent, scierunt optimè. Quas modulari ut in Tui animi penetralibus patiaris, & ipsarum mellifluus resonancia modulatus, & Patroni Tui dignitas, & mea erga Te obsequiorū properatio, supplicibüs animi complexibüs contendit. Datum est meo Museo 23 Decembr.

Illustr. D. Tuæ

Cliens & Servus

MATTHIAS KUCZANKOWICZ
Cursus Philosophici in Alma Acad. Crac:
Auditor.

CHORVS MVSARVM
S. IOANNIS LAVDES
PERSONANS.

CALLIOPE.

Mausoleum Constantie erigit.

BArbara Præcelas quid iactant compita turres
Fulgida marmorei Stela fileto tholi.
Scilicet hæc mendax potis est abolere vetustas:
Sancti sub gemno pegmata state polo.
Mortua nam multis fuerat Constantia: solus
Hanç tu perpetuo viuere Sancte iubes.
Præsulis infestis feruent prætoria turmis:
Diffugiunt trepido percata corda metu.
Agmina tot Christi linquunt vestigia: Solus
Non cupis ut fugias, ut capiare cupis.
Exitit huic solidum, Constantia, mausoleum:
Tu tamen haud fueras picta, vel ille lapis.

CLIO

Fontem Sapientiae edocet.

HVic liquidos Sophiæ latices immulxit Apollo
Candida nectareis pectora tinxit aquis.

Hic de Diuino conceperat æquore Nymphas:

Dum sensit molli se recubare sinu.

O quoties quoties (eius monumenta loquuntur)

Mellifluus roseo fluxit ab ore nitor.

Dulcis doctrinæ torrens vel in orbe susurrat:

Vel legum geminis labitur vnda vadis.

Diluit ~~aer~~ oppletos forde canales

Doctrinæ scatebris; diluit eluuiem.

Non miror sua namque fuit Sapientia lymphæ:

Ipseque fons eius: littora, Terra, Polus.

EVTERPE.

Lumen Castitatis ostendit.

F Allar si speculum forsan te Sancte vocabo:

Corpore quis Speciem dicat inesse Tuo?

Fallar si potius speculum te Sancte negabo:

Corpore nam Speciem constat inesse Tuo.

Attrahis ex celso resplendens lumen Olympo:

Nam mentem Superi non renuere tibi.

Limpida sic ~~æterna~~ nunquam Crystalla resfulgent

Quam lux Diuinæ fulgida mentis erat.

Lumine se victum Vulcanius vnio clamat:

Hoc se Cepionis gemma carere dolet. fillo:

Quid speculum? Corpus. Species quid? Castus in

Dic; Animus niuei luminis instar erit.

Clio A. Poloni. 1610. 1610.

ÆMPE TIXGII.

poli

MEL.

MELPOMENE.

Conclave Amoris Divini testatur.

DVlcis amor IESV cæpit iaculare Sagittas:
(Hæ sibi proposito non caruere scopo.)
Ecce cruentandæ vix prosiliuere sagittæ:
O Amor intuleras vulnera! Sanctus ait.
In Christi nitidum cecidit cum vulnera pectus:
Hic requies laesso vulnera: Christus ait.
Dumque sopor fessos mollis recreauerat artus:
Nulla reliquisti vulnera: Sanctus ait.
Vibrat Amor CHRISTI rursus de corde sagittas.
Vna cum iaculis ipse volauit Amor.
Sanctus erat penetral, sed Amor Tuus incola Christe:
Sicque cares illo: namque redire nequit.

TERPSICHORE.

Exemplar patientiae manifestat.

DVm nauis tremulū mundi Tua nauigat æquor,
Auxiliò Zephiri destituere suò,
Linquere te mandat solitos fortuna Penates:
Imperat exilium triste subire Tibi.
Insula Te recipit, circumflua terra salutat:
Casibus ingemuit Naica Nympha Tuis.
Acribus ergo ne Tu singultibus astra laces sis?
Dissona vel querulâ murmura voce tonas?

Euomis

Euomis an tuto conceptum corde dolorem
An latax lachrymis permaduere genex?
Non: pia namque; vetat fieri patientia fletus
Cum plures lachrymas, tuc flet, æquor, habet.

E R A T O.

Lumen Terrestre nuncupat.

Splendens per rutilum Phæbus scandebat Olympū:
Et proprium vidit lumen inesse solo
Palluerat subito facies perfusa rubore:
Nescio quō radiat lumine, clamat, humus.
Collocat in summo Cœlorum vertice sedem:
Lux est in Sancti mente I O A N N I S : ait.
Ergo sic geminum lumen Sumus inquit Apollo:
Et polus, & proprio lumine gaudet humus.
Tu lumen terræ, sed ego sum lumen Olympi.
Luce Tuâ splendet Terra, Polusque; mea.

P O L Y H Y M N I A.

Flammam Charitatis repræsentat

Purpureo C H R I S T I Sanctus radiabat amore:
Quid sit amor Sancti: nescio, C H R I S T V S ait:
Purpureo C H R I S T V S Sancti flagrabat amore
Quid sit amor Sancti: nunc scio Christus ait:
Vlteri-

Vlterius C H R I S T I pectus pius ardor adurit
Iam me C H R I S T V S ait, iam populatur amor.
Sanc^tus amore nouos C H R I S T O superadicit ignes
Istis torrescas ignibus inquit amor.
Sed sitio sitio C H R I S T V S iam dicit amor:
Ergo meas lachrymas ebibe dicit amor.
Si fudi lachrymas, sanctus, vel amore cremabam?
Est oculus lachrymæ fons, Cor, amoris ait.

V R A N I A.

Eterni Regis legatum denuntiat.

M ercurius celso terram spectauit Olympo
Et vidit Sanctum pandere sancta louis.
Tunc ait: O tellus! o lucida sidera Phæbi!
Quis secreta potest spargere celsa louis?
Tunc hæc: quid mirum si tot mysteria Phæbi
Sancta solo potuit dicere? Sanctus erat.
Altius hic Aquilâ volitârat in æthere mundi
Arcanis Summi dignior ergo louis.
Mercurius tandem candescens protulit ore:
Germanus forsitan mihi frater erit?
Non tibi frater erit: nitidi Legatus Olympi
(Caducea sibi redditio) Sanctus erit.

T H A L I A.

Anchoram salutis concludit.

Q uid multos frustra prodest euoluere Fastos?
Profuit an Musis consuluisse libros.

Sancti virtutes Ephesi Castella loquuntur;
Authorem fidei quæ cecinere suum.
Hic est qui stygio multos deduxit ab orco:
Si quos mundani merserit vnda mali.
Hic est qui multos vitreo lucratus olympos:
Si quos cælestis tinxerit vnda boni.
Hic est qui potis est animæ conferre salutem.
Hic est qui reprobis pharmaca sana dedit.
Anchora perpetuæ voluit fore firma salutis:
Et polus est portus, mundus & æquor erat.

ΠΡΟΣΗΓΟΡΙΑ.

*Seu Supremum vale Musarum ad SS.
Ioannem.*

Anchora iam felix valeas ô Sancte IOANNES.
Et nomen celebrent sidera, terra Tuum.



LABYRINTHVS

Pentameter

Viue diu felix SOLECIANA Domus.

Sumo Danaicel o leciana a Domu S
umodanaicel o Soleciana a Domu
modanaicel o S x Soleciana a Dom
o Danaicel o S x i x Soleciana a Do
Danaicel o S x i l i x Soleciana a D
anaicel o S x i l e l i x Soleciana a n
anaicel o S x i l e f e l i x Soleciana a
icel o S x i l e f u f e l i x Solec i a i c
cel o S x i l e f u i d i u f e l i x Solec i c
el o S x i l e f u i d e d i u f e l i x Solel
lo S x i l e f u i d e u d i u f e l i x Sol
ö S x i l e f u i d e u i u e d i u f e l i x S o l
S x i l e f u i d e u i u e d i u f e l i x S o l
ö S x i l e f u i d e u i u e d i u f e l i x S o l
lo S x i l e f u i d e u i u e d i u f e l i x S o l
el o S x i l e f u i d e d i u f e l i x Sole
é el o S x i l e f u i d i u f e l i x Solec i
icel o S x i l e f u i d i u f e l i x Solec i
aicel o S x i l e f u f e l i x Solec i a
n a i c e l o S x i l e l i x Soleciana a
Danaicel o S x i l i x Soleciana a D
o Danaicel o S x i x Soleciana a Do
modanaicel o S x Soleciana a Dom
umo Danaicel o Soleciana a Domu
Sumo Danaicel o leciana a Domu S

ЛЯУРНІТИЧА
ГРУПА

Лінгвістична Група

Гомінідами відмінної
популяції заселює
весь світ. Вони
заселяють всі
континенти, від
Африки до Азії
та Північної Америки.
Вони можуть
живіти в різних
погодних умовах,
від тропічного
лісу до північної
склоності. Вони
заселяють різні
екологічні зони,
від саван до пустель.
Вони можуть
живіти в різних
погодних умовах,
від тропічного
лісу до північної
склоності. Вони
заселяють різні
екологічні зони,
від саван до пустель.

ЛІНГВІСТИЧНА

ГРУПА

